180

Protestatio ordinum contra interpretationem vocabuli Indigenae duobus commissariis, domino castellano Wielunensi D. Solikowski secretario post discessum scripto insinuata, quae asserit, interpretationem nostram vocabuli Indigenae in recessu relicto adversa esse genuinae et verae significationi ex privilegiis ipsorum desumpto, et rogatur, ut illa ipsorum protestatio s: regiae majestati insinuetur.

Ex actis tertiae legationis

Primo Domini commissarii obtinuerunt contributionem publicam triennalem ex accisa, ex qua princeps sacrae regiae majestati subjectionis suae et gratitudinis testimonium exhibere debet.
Gubernationem principis et principatus quatuor primatis, is, testamento aliogui Principis nominatis, sumpto ab eis fidei jusjurando, demandarunt
Omnes donationes ab expeditione Mariaeverdensi /: cautione adjecta, si quae praeterea alienationes, sine consensu serenissimorum regum Poloniae, ex his terris contra pacta factae sint:/ rescinderunt, abrogarunt, et principi restituerunt, uti ex sequenti copia diplomatis apparet.

N. 186.